



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Processio ad tempestates avertendas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

PROCESSIO AD TEMPESTATES AVERTENDAS.

Compulsantur campanæ omnes, & in Litaniiis ut supra notatum est, bis dicitur: A fulgure & tempestate. Post Litanias & orationem Dominicam.

Psalms 147.

Lauda Jerusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. &c. eo psalmo finito. **V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Adjuva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui libera nos.

V. Nihil proficiat inimicus in nobis,

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. Fiat misericordia tua Domine super nos.

R. Quemadmodum speravimus in te.

V. Salvum fac populum tuum Domine.

R. Et benedic hereditati tuæ.

Domine exaudi orat. **D**ominus vobiscum.

Oremus.

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris: preces

preces populi tui supplicantis propitius respice,
& flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris
meremur, averte.

A domo tua, quæsumus Domine, spirituales ne-
quitia repellantur, & aërearum discedat maligni-
tastempestatum.

Omnipotens sempiterne Deus, parce metuen-
tibus, propitiare supplicibus; ut post noxios ignes
nubium, & vim procellarum, in misericordiam
transeat laudis comminatio tempestatum.

Domine JESU, qui imperasti ventis & mari,
& facta fuit tranquillitas magna, exaudi preces
familia tuæ, & præsta; ut hoc signo sanctæ Cru-
cis **✠** omnis discedat sævitia tempestatum.

Omnipotens & misericors Deus, qui nos casti-
gando sanas, & ignoscendo conservas: præsta sup-
plicibus tuis; ut & tranquillitatibus optatæ conso-
lationis lætemur, & dono tuæ pietatis semper uta-
mur. Per Dominum nostrum Jesum Christum
Filius tuum, &c.

~~Aspergatur locus aquâ benedictâ.~~

PRECES DICENDÆ
processio
TEMPORE PENURIÆ ET FAMIS.

Aguntur omnia ut supra in Litanis majoribus, usque ad finem
Litaniarum, in quarum precibus bis dicitur: Ut fructus

Qq

terræ